




Благочестивый горожанин приветствует
юного Франциска на главной площади Ассизи

2. Устав, утвержденный буллой (1223 г.)

Этот Устав, утвержденный буллой папы Гонория III «*Solet annuere*» от 29 ноября 1223 г., носит название «Второго Устава» или «Окончательного Устава»; он и по сей день действует в первом Ордене св. Франциска. Оригинал буллы вместе с текстом Устава дошел до наших дней и хранится как реликвия в ризнице монастыря Сакро Конвенто в Ассизи (63, с. 81).

Устав 1223 г. в значительно большей степени, чем предыдущий, отмечен коллегиальностью составления. Окончательная его редакция принадлежит кардиналу Гуголину. Об этом сообщают источники, и это подтверждается формой изложения: написанный на хорошем латинском языке, он по стилю сильно отличается от других произведений св. Франциска. Ясные и четкие юридические формулировки соответствуют каноническому праву того времени. И все же иногда через лаконичность и сухость этих юридических формулировок пробивается лирический и задушевный слог св. Франциска, как это особенно видно в главах 6 и 10.

REGULA BULLATA

[Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, fratri Francisco et aliis fratribus de ordine Fratrum Minorum, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium desideriis favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris piis precibus inclinati, ordinis vestri regulam, a bonae memoriae Innocentio papa, praedecessore nostro, approbatam, annotatam praesentibus, auctoritate vobis apostolica confirmamus et praesentis scriptis patrocinio communimus. Quae talis est]:

Caput I

In nomine Domini! Incipit vita Minorum Fratrum

Regula et vita Minorum Fratrum haec est, scilicet Domini nostri Jesu Christi sanctum Evangelium observare vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam et reverentiam domino papae Honorio ac successoribus eius canonice intrantibus et Ecclesiae Romanae. Et alii fratres teneantur fratri Francisco et eius successoribus obedire.

Caput II

De his qui volunt vitam istam accipere, et qualiter recipi debeant

Si qui voluerint hanc vitam accipere et venerint ad fratres nostros, mittant eos ad suos ministros provinciales, quibus solummodo et non aliis recipiendi fratres licentia concedatur. Ministri vero diligenter examinent eos de fide catholica et ecclesiasticis sacramentis. Et si haec omnia credant et velint ea fideliter confiteri et usque in finem firmiter observare et uxores non habent vel, si habent, et iam monasterium intraverint uxores vel licentiam eis dederint auctoritate diocesani episcopi, voto continentiae iam emisso, et illius sint aetatis uxores, quod non possit de eis oriri suspicio, dicant illis verbum sancti Evangelii (cfr. Mt 19, 21 par.), quod vadant et vendant omnia

УСТАВ, УТВЕРЖДЕННЫЙ БУЛЛОЙ

Епископ Гонорий, раб рабов Божьих, возлюбленным сынам, брату Франциску и другим братьям из Ордена Братьев Меньших шлю приветствие и апостольское благословение. Снисходит всегда апостольский Престол к благочестивым мольбам и достойным желаниям просящих о даровании благосклонности. И потому, возлюбленные в Господе сыны, склонившись к вашим благочестивым мольбам, Устав вашего Ордена, одобренный моим предшественником блаженной памяти папой Иннокентием, нашей апостольской властью утверждаем и даем в дополнение настоящим словам. Каковой состоит в следующем:

Глава I

Во имя Господа! Начинается жизнь меньших братьев

Устав и жизнь Братьев Меньших таковы: соблюдать святое Евангелие Господа нашего Иисуса Христа, живя в послушании, без собственности и в чистоте. Брат Франциск обещает послушание и почтение господину папе Гонорию и законным его преемникам, и Римской Церкви. Прочие же братья обязаны подчиняться брату Франциску и его преемникам.

Глава II

**О тех, кто хочет принять эту жизнь,
и каким образом они должны быть приняты**

Если кто захочет принять эту жизнь и придет к нашим братьям, пусть отошлют его к министрам своих провинций, каковым только и даруется позволение принимать братьев, и никому иному. Министры же пусть усердно допросят их о католической вере и церковных таинствах. И если они верят во все это и хотят это верно исповедовать и вплоть до конца неуклонно соблюдать и не имеют жен, либо, если имеют, жены их уже удалились в монастырь, либо отпустили их с епископского соизволения, дав обет воздержания, и возраст жен таков, что не может о них родиться подозрение, пусть скажут им слова святого Евангелия (ср. Мф.

sua et ea studeant pauperibus erogare. Quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caveant fratres et eorum ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de rebus suis, quidquid Dominus inspiraverit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine caputio et cingulum et braccas et caparonem usque ad cingulum, nisi eisdem ministris aliud secundum Deum aliquando videatur. Finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam promittentes vitam istam semper et regulam observare. Et nullo modo licebit eis de ista religione exire iuxta mandatum domini papae, quia secundum sanctum Evangelium nemo mittens manum ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei (Lc 9, 62). Et illi qui iam promiserunt obedientiam habeant unam tunicam cum caputio et aliam sine caputio qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur possint portare calciamenta. Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur et possint ea repeciare de saccis et aliis peciis cum benedictione Dei. Quos moneo et exhortor, ne despiciant neque iudicent homines, quos vident mollibus vestimentis et coloratis indutos, uti cibus et potibus delicatis, sed magis unusquisque iudicet et despiciat semetipsum.

Caput III

De divino officio et ieiunio, et quomodo fratres debeant ire per mundum

Clerici faciant divinum officium secundum ordinem sanctae Romanae Ecclesiae excepto psalterio, ex quo habere poterunt breviaria. Laici vero dicant viginti quattuor Pater noster pro matutino, pro laude quinque, pro prima, tertia, sexta, nona, pro qualibet istarum septem, pro vespers autem duodecim, pro completorio septem; et orent pro defunctis. Et ieiunent a festo Omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini. Sanctam vero quadragesimam, quae incipit ab Epiphania

21), чтобы пошли и продали все свое и поспешили раздать бедным. Чего если не могут сделать, достаточна их добрая воля. И пусть остерегаются братья и их министры беспокоиться об их преходящем имуществе, пусть свободно делают со своим имуществом все, что Господь ни внушит им. Если же, однако, будут спрашивать совета, министр имеет власть послать их к тем богобоязненным людям, по совету которых те бы раздали добро свое бедным. Затем позволили бы им облачиться в рубище испытуемых, то есть в две рясы без капюшона и веревку и брюки и капарон до пояса, если только министрам в каком-либо случае не покажется богоугодным что-то другое. По окончании же года испытания они должны быть приняты в послушание, пообещав всегда соблюдать такую жизнь и Устав. И ни в коем случае нельзя будет им выйти из этого Ордена, кроме как по решению господина Папы, потому что, по святому Евангелию, никто, возложивший руку свою на плуг и озирающийся назад, не благонадежен для Царствия Божия (Лк. 9, 62). И те, кто уже принес обет послушания, пусть носят одну рясу с капюшоном и другую без капюшона, кто захочет. И кто вынуждаем необходимостью, может носить обувь. И все братья пусть одеваются в скромные одежды, латать же их могут из овчины и прочего тряпья по благословению Божию. Каковых я прошу и побуждаю, да не презирают и не осуждают они людей, которых увидят одетыми в тонкие разноцветные одежды или вкушающими изысканные яства и напитки, но пусть каждый тогда еще более осуждает и презирает себя самого.

Глава III

**О божественном служении и посте,
и каким образом братья должны идти в мир**

Клирики пусть совершают службу Божию по чину Римской Церкви за исключением Псалтири, в которой могут делать сокращения. Монахи же пусть читают двадцать четыре раза «Отче наш» в заутреню, в утреню — пять, в первый, третий, шестой, девятый, в любой из этих часов — семь, на вечерне — двенадцать, на повечерии семь; и пусть молятся об усопших. И пусть постятся от праздника Всех

usque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieiunio consecravit (cfr. Mt 4, 2), qui voluntarie eam ieiunant benedicti sint a Domino, et qui nolunt non sint astricti. Sed aliam usque ad Resurrectionem Domini ieiunent. Aliis autem temporibus non teneantur nisi sexta feria ieiunare. Tempore vero manifestae necessitatis non teneantur fratres ieiunio corporali. Consulo vero, moneo et exhortor fratres meos in Domino Jesu Christo, ut, quando vadunt per mundum, non litigent neque contendant verbis (cfr. 2 Tim 2, 14), nec alios iudicent; sed sint mites, pacifici et modesti, mansueti et humiles, honeste loquentes omnibus, sicut decet. Et non debeant equitare, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. In quamcumque domum intraverint, primum dicant: Pax huic domui (cfr. Lc 10, 5). Et secundum sanctum Evangelium de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare (cfr. Lc 10, 8).

Caput IV **Quod fratres non recipiant pecuniam**

Praecipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per iterpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum et aliis fratribus induendis per amicos spirituales ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant secundum loca et tempora et frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire; eo semper salvo, ut sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant.

Caput V **De modo laborandi**

Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter et devote, ita quod, excluso otio animae inimico, sanctae orationis et devotionis spiritum non exstinguant,

Святых до Рождества Господня. Святую же čtyредесятницу, которая начинается от Богоявления и длится без перерыва сорок дней, которую Господь освятил Своим святым постом (ср. Мф. 4, 2), кто добровольно будет поститься, благословенны те от Господа, а кто не станет, да не принуждается. Но пусть соблюдают другой пост čtyредесятницы до Воскресения Господня. В другое же время не обязаны поститься, кроме пятницы. В случае же явной необходимости братья освобождаются от обязанности телесного поста. Но прошу, молю и убеждаю братьев моих в Господе Иисусе Христе, чтобы, когда будут в миру, не затевали ссор, ни словесных схваток (ср. 2 Тим. 2, 14), не осуждали бы других; но были бы мягки, миролюбивы и скромны, покорны и кротки, беседовали бы со всеми, как положено, подобающим образом. И не должны передвигаться верхом, разве что вынужденные явной необходимостью или немощью. В какой дом войдут, сперва пусть скажут: „Мир дому сему“ (ср. Лк. 10, 5). И, по святому Евангелию, пусть вкушают от всякой пищи, какую предложат им (ср. Лк. 10, 8).

Глава IV

О том, чтобы братья не принимали денег

Настоятельно велю всем братьям, чтобы никоим образом не принимали никаких денег ни для себя, ни для другого лица. Однако для нужд больных и для того, чтобы одеть других братьев, министры и кустоды — и только они — через духовных друзей пусть возьмут на себя заботу в соответствии с местом и временем и нахождением в холодных местностях, как им покажется необходимым оснастить; и пусть всегда соблюдается то условие, чтобы, как сказано было, никаких денег не принимали.

Глава V

О работе

Те братья, кому Господь дал благодать работать, пусть работают верно и благочестиво, но так, чтобы, лишившись враждебного душе досуга, не угасили бы дух святой молитвы

cui debent cetera temporalia deservire. De mercede vero laboris pro se et suis fratribus corporis necessaria recipiant praeter denarios vel pecuniam et hoc humiliter, sicut decet servos Dei et paupertatis sanctissimae sectatores.

Caput VI

Quod nihil approprient sibi fratres, et de eleemosyna petenda et de fratribus infirmis

Fratres nihil sibi approprient nec domum nec locum nec aliquam rem. Et tanquam peregrini et advenae (cfr. 1 Petr 2, 11) in hoc saeculo in paupertate et humilitate Domino famulantes vadant pro eleemosyna confidenter, nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo (cfr. 2 Cor 8, 9). Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos, carissimos fratres meos, heredes et reges regni caelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit (cfr. Jac 2, 5). Haec sit portio vestra, quae perducit in terram viventium (cfr. Ps 141, 6). Cui, dilectissimi fratres, totaliter inhaerentes nihil aliud pro nomine Domini nostri Jesu Christi, in perpetuum sub caelo habere velitis. Et, ubicumque sunt et se invenerint fratres, ostendant se domesticos invicem inter se. Et secure manifestet unus alteri necessitatem suam, quia, si mater nutrit et diligit filium suum (cfr. 1 Thess 2, 7) carnalem, quanto diligentius debet quis diligere et nutrire fratrem suum spiritualem? Et, si quis eorum in infirmitate ceciderit, alii fratres debent ei servire, sicut vellent sibi serviri (cfr. Mt 7, 12).

Caput VII

De poenitentia fratribus peccantibus imponenda

Si qui fratrum, instigante inimico, mortaliter peccaverint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recurratur ad solos ministros provinciales, teneantur praedicti fratres ad eos recurrere quam citius poterint, sine mora. Ipsi vero ministri, si presbyteri sunt, cum misericordia iniungant

и благочестия, которому должно быть посвящено все преходящее. Из платы же за работу пусть возьмут необходимое для телесных нужд себе и своим братьям, кроме денег, и то смиренно, как подобает рабам Божиим и последователям святейшей бедности.

Глава VI

О том, чтобы братья ничего не присваивали себе, и о сборе милостыни, и о немощных братьях

Братья пусть ничего не присваивают себе, ни дом, ни поместье, ни что другое. И словно странники и пришельцы (ср. 1 Пет. 2, 11) в этом мире, в бедности и смирении Господу служащие, пусть без смущения ходят за подающим, и не следует им стыдиться, потому что Господь ради нас сделался бедным в этом мире (ср. 2 Кор. 8, 9). Вот та вершина высочайшей бедности, которая вас, дражайшие братья мои, сделала наследниками и царями Царства Небесного (ср. Иак. 2, 5). Да будет она той вашей долей, которая приведет к земле живых (ср. Пс. 141, 6). Каковой предавшись всецело, возлюбленнейшие братья, во имя Господа нашего Иисуса Христа ничего другого вовеки под небом не желайте стяжать. И, где бы ни были и ни находились братья, пусть считают друг друга членами одной семьи. Пусть безбоязненно открывает один другому свою нужду, потому что, если мать питает и любит сына своего (ср. 1 Фес. 2, 7) во плоти, насколько больше должен каждый любить и питать брата своего духовного? И если кто из них впадет в немощь, другие братья должны ему служить, как хотели бы, чтобы им самим служили (ср. Мф. 7, 12).

Глава VII

О епитимии, налагаемой на согрешивших братьев

Если кто из братьев по наущению врага совершит смертный грех, то за те грехи, право рассмотрения которых, как решат братья, есть только у министров провинций, вышеупомянутые братья должны последовать к министрам как можно скорее, без промедления. Сами же министры, если они пресвитеры, пусть с состраданием наложат на них

illis poenitentiam; si vero presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. Et cavere debent, ne irascantur et conturbentur propter peccatum alicuius, quia ira et conturbatio in se et in aliis impediunt caritatem.

Caput VIII

De electione generalis ministri huius fraternitatis et de capitulo Pentecostes

Universi fratres unum de fratribus istius religionis teneantur semper habere generalem ministrum et servum totius fraternitatis et ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat a ministris provincialibus et custodibus in capitulo Pentecostes, in quo provinciales ministri teneantur semper insimul convenire, ubicumque a generali ministro fuerit constitutum; et hoc semel in tribus annis vel ad alium terminum maiorem vel minorem, sicut a praedicto ministro fuerit ordinatum.

Et si aliquo tempore appareret universitati ministrorum provincialium et custodum, praedictum ministrum non esse sufficientem ad servitium et communem utilitatem fratrum, teneantur praedicti fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in custodem. Post capitulum vero Pentecostes ministri et custodes possint singuli, si voluerint et eis expedire videbitur, eodem anno in suis custodiis semel fratres suos ad capitulum convocare.

Caput IX

De praedicatoribus

Fratres non praedicent in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat praedicare, nisi a ministro generali huius fraternitatis fuerit examinatus et approbatus, et ab eo officium sibi praedicationis concessum. Moneo quoque et exhortor eosdem fratres, ut in praedicatione, quam faciunt, sint examinata et

епитимию; если же они не пресвитеры, то пусть наложат епитимию через посредство других священников Ордена, как им с Божьей помощью лучше покажется все устроить. И должны опасаться, чтобы не гневались и не смущались из-за греха другого, потому что гнев и смущение в себе и в других прогоняют любовь.

Глава VIII

Об избрании генерального министра этого братства и о капитуле Пятидесятницы

Все братья должны всегда иметь в качестве генерального министра и слуги всего братства одного из братьев этого Ордена и строго его слушаться. Если он умрет, выбор преемника должен быть совершен провинциальными министрами и кустодами на капитуле в Пятидесятницу, на котором провинциальные министры должны всегда собираться, в месте, где установлено генеральным министром; и так раз в три года или в другой срок, больший или меньший, как распорядится упомянутый министр.

И если когда-нибудь большинство провинциальных министров и кустодов признает, что вышеупомянутый министр не способен служить и быть полезным для всех братьев, упомянутые братья, которые имеют право выбора, должны во имя Господне избрать себе другого генерала. После же капитула в Пятидесятницу отдельные министры и кустоды могут, если захотят и посчитают нужным, в том же году однажды созвать в своих кустодиях своих братьев на капитул.

Глава IX

О проповедниках

Пусть братья не проповедают в епархии епископа, если он запретил это. И ни один из братьев ни в каком случае пусть не отваживается проповедовать народу до тех пор, пока не будет проэкзаменован и испытан генеральным министром этого братства и не получит от него обязанность проповедования. Напоминаю также и побуждаю братьев, чтобы в проповеди, которую они произносят, слова их были

casta eorum eloquia (cfr. Ps 11,7; 17,31), ad utilitatem et aedificationem populi, annuntiando eis vitia et virtutes, poenam et gloriam cum brevitate sermonis; quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram (cfr. Rom 9, 28).

Caput X

De admonitione et correctione fratrum

Fratres, qui sunt ministri et servi aliorum fratrum, visitent et moneant fratres suos et humiliter et caritative corrigant eos, non praecipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam et regulam nostram. Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, quod propter Deum abnegaverunt proprias voluntates. Unde firmiter praecipio eis, ut obediant suis ministris in omnibus quae promiserunt Domino observare et non sunt contraria animae et regulae nostrae. Et ubicumque sunt fratres, qui scirent et cognoscerent, se non posse regulam spiritualiter observare, ad suos ministros debeant et possint recurrere. Ministri vero caritative et benigne eos recipiant et tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis et facere sicut domini servis suis; nam ita debet esse, quod ministri sint servi omnium fratrum. Moneo vero et exhortor in Domino Jesu Christo, ut caveant fratres ab omni superbia, vana gloria, invidia, avaritia (cfr. Lc 12, 15), cura et sollicitudine huius saeculi (cfr. Mt 13, 22), detractioe et murmuratione, et non curent nescientes litteras litteras discere; sed attendant, quod super omnia desiderare debent habere Spiritum Domini et sanctam eius operationem, orare semper ad eum puro corde et habere humilitatem, patientiam in persecutione et infirmitate et diligere eos qui nos persequuntur et reprehendunt et arguunt, quia dicit Dominus: Diligite inimicos vestros et orate pro persequentibus vos et calumniantibus vos (cfr. Mt 5, 44). Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum (Mt 5, 10). Qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus erit (Mt 10, 22).

продуманны и просты (ср. Пс. 11, 7; 17, 31), на пользу и в назидание народу, чтобы говорили им о пороках и добродетелях, о каре и славе в кратких словах, ибо немногословен был Господь на земле (ср. Рим. 9, 28).

Глава X

Об увещевании и исправлении братьев

Братья, являющиеся министрами и слугами прочих братьев, пусть посещают и убеждают братьев своих и кротко и с любовью пусть исправляют их, не предписывая им ничего против совести и нашего Устава. Подчиненные же братья пусть помнят, что для Бога они отреклись от собственной воли. Потому настоятельно советую им, чтобы повиновались своим министрам во всем, что обещали Богу соблюдать и что не против совести и нашего Устава. И где бы ни были братья, которые поняли и осознали, что они не могут духовно следовать Уставу, они должны и могут немедленно обратиться к своим министрам. Министры же должны их принять с любовью и благосклонностью и выказать им такое расположение, чтобы те могли говорить и поступать с ними, как господа со своими рабами; так и должно быть, ибо министры — это рабы всех братьев. Убеждаю и призываю в Господе Иисусе Христе, чтобы береглись братья всякой гордости, тщеславия, зависти, любостяжания (ср. Лк. 12, 15), заботы и волнений этого мира (ср. Мф. 13, 22), злословия и роптания, и чтобы не стремились не знающие грамоты обучиться; но пусть помыслят, что более всего должны желать иметь Дух Господень и Его святое действие в себе, молиться Ему всегда с чистым сердцем и исполниться смирения, терпения в гонении и немощи и любить тех, кто нас преследует, и осуждает, и уличает, потому что говорит Господь: „Любите врагов ваших и молитесь за обижающих вас и гонящих вас (ср. Мф. 5, 44). Блаженны изгнанные за правду, ибо их есть Царство Небесное (ср. Мф. 5, 10). Претерпевший же до конца спасется (Мф. 10, 22)”

Caput XI
Quod fratres non ingrediantur
monasteria monacharum

Praecipio firmiter fratribus universis, ne habeant suspecta consortia vel consilia mulierum, et ne ingrediantur monasteria monacharum praeter illos, quibus a sede apostolica concessa est licentia specialis; nec fiant compatres virorum vel mulierum nec hac occasione inter fratres vel de fratribus scandalum oriatur.

Caput XII
De euntibus inter saracenos et alios infideles

Quicumque fratrum divina inspiratione voluerint ire inter saracenos et alios infideles petant inde licentiam a suis ministris provincialibus. Ministri vero nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis quos viderint esse idoneos ad mittendum. Ad haec per obedientiam iniungo ministris, ut petant a domino papa unum de sanctae Romanae Ecclesiae cardinalibus, qui sit gubernator, protector et corrector istius fraternitatis, ut semper subditi et subiecti pedibus eiusdem sanctae Ecclesiae stabiles in fide (cfr. Col 1, 23) catholica paupertatem et humilitatem et sanctum evangelium Domini nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus.

[Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani tertio kalendas decembris, Pontificatus nostri anno octavo].

Глава XI

О том, чтобы братья не посещали женские монастыри

Строго приказываю всем братьям, чтобы не имели подозрительных свиданий и разговоров с женщинами, и пусть не входят в женские монастыри, кроме тех, кому Апостольским Престолом уделено на это особое разрешение; нельзя быть крестными отцами ни мужчин, ни женщин, дабы по этому поводу между братьями или из-за братьев не возникло возмущение.

Глава XII

Об идущих к сарацинам и другим неверным

Кто бы из братьев по божественному вдохновению ни захотел пойти к сарацинам или другим неверным, пусть прежде испросит разрешения у своих провинциальных министров. Министры же пусть никому не дадут такого разрешения, кроме тех, которых они сочтут способными для этой миссии. Министров же их обетом послушания обязываю к тому, чтобы попросили у господина Папы одного из кардиналов святой Римской Церкви, который стал бы руководителем, покровителем и наставником этого братства, чтобы всегда, покорно припав к стопам святой Церкви, мы пребывали бы твердыми в вере (ср. Кол. 1, 23) католической и соблюдали то, что обещали, — бедность и смирение и святое Евангелие Господа нашего Иисуса Христа.

[Никому, следовательно, из людей нельзя этот документ, нами утвержденный, отменить, либо в безумной дерзости пойти против него. Если же кто дерзнет посягнуть на это, испытает на себе гнев Бога всемогущего и святых Петра и Павла, Апостолов Его. Дано в Латеране в третий день от декабрьских календ*, в восьмой год нашего понтификата].

* 29 ноября.